



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Hieronymus de Angelis, & Simon Yempo Iapon Nouitius.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

nò è legibus instituto nostro
præscriptis laxârit. Minda-
nai Insulæ Regulus eger Ma-
hometo vouerat, se, si con-
ualesceret, omnium quos
nâcisci posset Christum præ-
dicantium Patrum capita il-
li sacrificaturum. Compre-
hensus Ioannes cæsus est aci-
nace altè in caput impresso,
cùm se Deo victimam, po-
sitis humi genibus, dedica-
ret.

Fides.

*P. Hieronymus de Angelis, &
Simon Tempo Iapon
Novitius.*

In tirocinio frano eguit,
ne fortè inediâ corpus con-
ficeret. Cum P. Carolo Spi-
nola in Indiam soluit; ab
Anglis postea captus, &
acerba multa perpeffus. Il-
lud mirum; quòd è naui in
mare prolapsus, nullius ope
adiu-

Italus.

Iendi.

4. Dec.

623.

etat. 56.

Soc. 38.

Fides.

adiutus, sub naui, à puppi ad proram delatus emerferit, naui plenis velis velocissimè volante. Anno 1602 in Iaponiam appulsus, istic etiam socijs præfuit: in plures Prouincias intulit fidem primus. Alijs in exilium abactis, ipse diu latuit. In Regno Cami cùm vix mille Christianos reperisset, ipse breuè decem millia capitum baptizauit. Labores, & erumnasque tantas sustinuit, vt macie torridus vix iam agnoscisci posset, essetque planè alius à seipso. In carcere ipso captiuus alios quadraginta captiuos ad Christum conuertit. Damnatus capitibus, cùm ad supplicium vnà cum alijs duceretur, causa mortis illius descripta, & palàm affixa est in hæc verba:

Fides.

ba:

ba: Homines isti tam grandi supplicio mactantur, quia Christiani sunt. Ita exustus est, post pulcherrimam ad populum allocutionem, humi flectens. Simon Tempo è Bonzìj cuiusdam discipulo factus eius Socius, & laborum comes, optabat in Societatem admitti, & in odium fidei Christianæ occidi: utrumque est consecutus.

P. Andreas Gualdanes.

Hunc hoc die collocat Iacobus Stratius in suo menologio. Fuit P. Andreae Ouiedo Patriarchæ superstes, olim socius, vir sinè dolo, ac in Abyssinorum salutem totâ contentione intentus. Vnde intra quinque mensium interuallum, eorum linguam perdidicit, & insti-

*Lusit.
Mazue.
5. Dec.
1596.*